

EXPERIMENTVM III.

Accipe lactis humani uncias sex vel octo, vel etiam quantum vis, adde spiritus falis ammoniaci unciam unam vel alteram, fiat lege artis chymicae digestio per dies quatuordecim circiter, atque sensim paulatimque lac induet colorem purpureum et sanguineum, ipsum sanguinem referentem. Si etiam haec massa continuata digestionem exsiccat, instar sanguinis coagulati et grumefacti est conspicua.

EXPOSITIO.

Ita modum sanguificationis sive ex chylo sanguinis praeparationis ob oculos ponere posse nobis videtur. Salia enim ad productionem et permutationem colorum, uti Philosophia naturalis docet, egregie faciunt, atque motus particularum blanda digestionis, cum calore naturali a motu sanguinis naturali proficente egregie convenit. Atque adeo non opus habemus peculiari quadam sanguinis officina, quam vulgo cum veteribus hepares esse contendunt, quoniam Circulus et motus sanguinis non tantum in hepate, sed in omnibus reliquis visceribus et toto corpore humano contingit.

EXPE-